



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologia Moralis Universa, Complectens Omnia Morum Præcepta, Et Principia Decisionis Omnium Conscientiæ Casuum, Suis Quæque Momentis Stabilita**

Ad usum Parochorum, & Confessariorum

Continens Tractatus de Conscientia, de Legibus, de Peccatis, de Virtutibus  
Theologicis, de Religione, & Beneficiis. Adjunctis in hac editione  
Propositionibus ad hanc usque proscriptis

**Antoine, Paul-Gabriel**

**Ingolstadii, 1734**

**VD18 90392140**

Q. 1. An tenemur sequi conscientiam veram ac rectam dictantem aliquid  
præceptum vel vetitum esse?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40986**

*Q. 1. An tenemur sequi conscientiam veram ac rectam dictantem aliquid præceptum vel vetitum esse?*

*Resp.* Aff. quia dictat esse faciendum, vel omittendum id, quod Lex æterna præscribit faciendum vel omittendum esse hîc & nunc, seu in talibus circumstantiis. Quare qui contra conscientiam rectam agit, peccat; quia agit contra Legem divinam intimatam per dictamen rectæ rationis. Porro an conscientia recta ac vera dici debeat proxima regula actuum humanorum, an duntaxat intimatio talis regulæ, quæ sit tantum Lex, seu præceptum, non refert ad praxim.

*Q. 2. An & quale peccatum est agere contra Conscientiam erroneam?*

*Resp.* I. Actio vel omissio contra conscientiam sive vincibiliter, sive invincibiliter erroneam dictantem esse illicitam, est semper peccatum, quamvis ex se sit licita. *Ita omnes.* Constat 1. ex Rom. 14. *qui autem discernit* (scilicet inter cibos, falsò putans aliquos præ aliis adhuc esse à Deo vetitos) *si manducaverit, damnatus est, quia non ex fide.* *Omne autem, quod non est ex fide peccatum est.* Id est, (ut interpretantur Patres & Conc. gener. Later. 4.